

954 gennaio 30, Merlara

Amelricus <II>, marchese e duca, di origine franca, figlio del defunto conte e marchese Amelricus, e Franca, figlia del defunto Lanfrancus conte di palazzo, di origine longobarda e ora vivente a legge salica, donano al monastero di San Michele Arcangelo di Brondolo nel territorio veneziano e a Paulus abate la loro corte nella zona di Bagnoli, con la cappella di Santa Maria e San Michele, il domocoltile e le case massarice e tutte le relative pertinenze, i diritti d'uso, con le donne e gli uomini liberi e 25 servi, più le cappelle di San Giovanni e San Cristoforo. Essi offrono inoltre otto case massarice con le pertinenze e i servi nel territorio di Agna nel luogo e fondo Vico Cerboni, il campo detto Braidà da Creda con la cappella di San Vito e quello detto De Levado con la cappella di San Pietro e un mercato nel prato di Conca con i diritti d'uso fino a Cavarzere.

Copia del secolo XI da originale in Venezia, Biblioteca del Museo Civico Correr, manoscritto Cicogna 3184 (4208), documento di casa Widmann [B].

CE II.39

Edizione: Lanfranchi Strina 1981.

S. T. In nomine domini Dei et salvatoris nostri Ihesu Christi. Berengarius et Adelbertus filio eius gratia Dei reges, hanno regni eorum Deo propitio hic in Italia quarto, tercio kalendas februarii, indiccione duodecima. Monasterio Sancti Archangeli Michaelis qui dicitur a Brundulo qui est constructum infra iudicialia Veneciali,¹ ubi nunc Paulus abbas et custus est videtur, ego Almericus marchio et dux ex genere Francorum filius quondam item Amelrici comitis et marchionis et Franca filia bone memorie Lanfranci comes palatii iugalibus,² qui professa sum ego Franca ex natione mea lege vivere Langobardorum, sed nunc pro ipso viro meo lege vivere videor Salicha, ipso namque iugale et mundoaldo meo michi consenciente et subter confirmante et iuxta legem mea in qua nata sum seu iustam capitulare, ut sicut mulier habet potestatem cum viro suo de rebus suis vendendi, commutandi etiam et de familiis libertandi, ita vero offerendi atque donandi, offertores et donatores ipsius monasterii in sumptu et husu fratrum monachorum monachico habitu vivendi, ut pro nos peccatores ad dominum nostrum Ihesum Christum horare decertent, presens presentibus diximus. Quisquis in sanctis hac venerabilibus locis ex suis aliquid contulerit rebus, iuxta Auctoris vocem in hoc seculo centuplum accipiat, insuper et quod melius est, vitam possidebit aeternam. Ideoque nos quibus supra iugales donamus et hoferimus in eodem sanctum ac venerabilem monasterium Sancti Archangeli Michaelis, in sumptu et usu fratrum monachorum qui ibi sunt vel pro tempore fuerint, faciendum ex fruibz earum rerum vel censum exinde annue Dominus dederit, id est cortem unam domui cultilem iuris nostris quibus supra iugalibus, quam habere visi sumus in loco et fundo Bagnolo.³ Quam prenominatam curtem que vocatur Bagnolo, cum capella Sancte Marie et Sancti Michaelis Archangeli, cum mansione mea domnicale et cum casis, masariciis et omnibus rebus ad se pertinentibus, cum molendinis, piscationibus et cum venationibus et cum toloneis et cum silvis et paludibus, cum papulo et pasculo, herbatico et glandatico et cum omni utriusque sexus ad easdem cortem pertinentibus, quod sunt masaricias cen um^a de liberis hominibus et viginti quinque de nostris propriis servis in integrum. Et duas alias capellas in prenominata curte, una ad honorem sancti Iohannis Evangeliste, alia in honore sancti Cristofori Martiris. Ut dictum est, tam predicta cortem domui coltilem, cum eisdem capellis et cum omni decimacione,⁴ cum mansione mea domnica, cum casis et omnibus rebus ad se pertinentibus, cum ortis, areis, vineis, campis, pratis, pascuis, silvis hac stalareis, rivis, rupinis hac palutibus, coltis et incoltis, divisis et indivisis, una cum finibus, terminibus, accessionibus et usibus aquarum aquarumque decursibus, cum omni iure,

^a sic. si legga centum.

adiacentiis et pertinentiis earum rerum per locas et vocabulas ad ipsa corte pertinentibus, cum molendinis et piscationibus, cum teloneis et ripaticis, cum pensionibus et redibutionibus, cum venationibus et cum omni integritate sua in integrum, sicut terminata esse discernit. De parte de contra Caput Silvi et de contra Tribano per via antiqua que venit per Palude Maiore da puzo qui dicitur Visignale iusta prato de Grauneto veniente ipsa via usque in levata maiore que venit de Caput Silvis, que vocatur Agna, extendente prenominata via per transversu de prenominata levata iusta silva Maiore, que est communitate mea cum homines de Tribano, veniente ipsa via usque ad Puzo Domnico, perexiente usque in fosa qui vocatur Roviga, percurrente ipsa fossa qui vocatur Roviga in valle Gisani, percurrente valle Gisani in palude de Argere Mazagino et argere Columbo, percurrente ipsa palude in palude de Lavaglaro, exiente prenominata palude de Lavaglaro iusta argere meo qui dicitur Linaria Minore in palude de Anquilaria, de uno latus fosso Sancti Mari et de alio latus argere que vocatur Verolario, inde usque in summa silva iusta Adese Vetere, inde usque in petra Fledemi et prope turre que fuit bone memorie Adelberti ducis bisavii mei,⁵ da termines que est in capite de Arzere Mazagino veniente una via que exiit in via que vadit da Tribano ad curtem nostram de Bagnolo, ipsa venit ad Novellum Gisiverti et inde usque ad Ruverem Gallinario et a terminos de caput de Arzere Mazagino contra fosa una qui dicitur Finale, currente ipsa prenominata fosa in Roviga. Inter via et ipsa fossa est cispite, cum sorte de terra una, quam pater meus bona memorie Amelricus marchio largivit in monasterio Sancti Silvestri de Nonantula pro anima Ingelburge avie mee.⁶ De contra Agna est termine da petra Fledemi et a turre Vetere inde per arzere Bevrile et per arzere de Albireda perexiente in via que vadit ad Agnam usque in villa mea de Visignolo et capella Sancti Isidori et inde usque ad palude de Fragnano, percurrente fossa qui vocatur Cunntaria, da fossa Cunntaria usque in Conca de Albaro et inde per palude de Fragnano da contra Ari usque in fossa Zemuli et fossa de Salzedo et inde in Dazone Tallado et usque in Proa de Ulmedo et deinde a termine de Cornu de Albaro per Palude Maiore contra Caput Silve usque ad fossa que dicitur Visignale, firmante ipsa fossa in via de Graunedo. Que autem suprascripta corte domui coltilem iuris nostris quorum supra iugalibus, quam habere visi sumus in loco et fundo Bagnolo, cum casis, capellis, masariciis et cum omnibus iuris et omnibus rebus supranominatis, una cum accessionibus et ingressoras earum rerum seu cum superioribus et inferioribus et terminibus suis sicut supra legitur in integrum, excepto masaricias duas quas bone memorie pater meus dedit Sancte Iustine Pataviensis aecclesie, cum medietate de terra que est inter fossa Zemuli et fossa de Salesedo et Dozone Tallado et medietate de terra que est inter Dozone Tallado et Proa de Almedo usque in Visignolo. Similiter donamus et tercia porcione de terra de Trigezo et offerimus nos quorum suprascriptos iugales in Agna in loco et fondo Vico Cerboni masaricias octo, cum omnibus suis pertinentiis et familiis et braido nostro qui vocatur Braida da Creda cum capella Sancti Viti et alio braido de Levado cum capella Sancti Petri, sicut cernit fossadum antiquum usque in Athesis. Et mercatum meum in prato de Conca cum ripatum et teloneum et pabulatione et piscatione usque ad finem de Caput Argeris. Et ab iamdicta corte de Bagnolo per cocumque ingenio pertinent iuris in integrum, sicut supra legitur et in Agna, sicut superius diximus, omnia in integrum, ab hac die in eodem monasterio Sancti Michaelis Archangelis a sumptu et usu fratrum monachorum, faciendum ex fruibz earum rerum vel censum quibus exinde Dominus annue dederit quicquid voluerint, sine omni nostra et re earum ac proeredumque nostrorum contradictionem vel repetitione. Insuper vobis exinde coram testes presentaliter facimus vestituram et legitimam tradicionem per cultellum, fistucum notatum, vanto et vuasane terreque, ramum arboris et taliter nos exinde foris expulimus, varpivimus et absozito fecimus et a pars predicto monasterio ad proprietatem abendum relinquimus, facientes exinde predicti monachi qui modo sunt, vel pro tempore ordinati fuerint, ex fruibz earum rerum vel censum quibus exinde annue Dominus dederit quicquid voluerint, sine omni nostra quorum supra iugalibus et eredum ac proeredumque nostrorum contradictione. Si quis vero, quod futurum esse non credimus, si nos ipsi iugalibus, quod absit, aut ullus de heredibus hac proeredibus nostris seu quislibet obposita persona hominum contra hanc cartulam ofersionis hac donationis ire quandoque temptaverimus, aut eam per quovis ingenium infringere quesierimus et ab omnibus questionantibus hominibus tam nos suprascriptos iugales quam nostros heredes vel proheredes per

quovis ingenium defensare noluerimus aut non potuerimus, inferamus nos quibus supra iugalibus aut nostroque eredes vobis prelibati monachi et a pars prefati monasterii aut subtrahere quesierimus et exinde litem intuleritis, tunc componere promittimus in consimile loco duplax ipsas res in consimile loca su pro tempore meliorata fuerint et insuper multa, quod est pena, auro optimo libras centum et argentum ponderas mille. Et quod repecierimus vindicare non valeamus, sed presens hanc cartulam offersionis ac donacionis diuturnis temporibus firmam et stabilem permaneat et inconvulsa, cum stipulatione subnixa. Et si, quod absit et fieri non credimus, si rex, aut dux, vel marchio, aut presul, vel abbas qui modo ordinatus est, aut pro tempore fuerit, se ulla quislibet magna vel parvaque persona, tam propinquos quam extraneos, tam masculus quam et feminas qui hanc nostram offersionem et donationem infringere quesierint per se aut per missaque persona et eorum monachi quiete et pacifice habere non permiserint et eos omni tempore defensare noluerint sicut supra declaratum est, tunc in Dei omnipotentis incurrat iudicium et a Deum et Sancti Dei habeant maledictionem et cum Beelzebub principe diabulorum reclusi iaceat in infernum in secula seculorum. Et hanc enim cartulam offersionis hac tradicionis mee paginam Preemoni notario et iudex sacri palatii tradidimus et scribere rogavimus, in qua etiam manibus nostris confirmavimus testibusque obtulimus roborandam. Actum in castro nostro de Merolaria in Dei nomine feliciter. Amen. Deus. Signum manibus suprascriptorum Hamelricis et Francani iugalibus qui hanc cartula offersionis ac donationis fieri rogaverunt et eorum relecta est. Signum manibus Illini filii Stephani et Lamberti qui vocatur Lanzo filius bone memorie Berengarii et Ilderigo qui vocatur Bonizo filius bone memorie Ildebaldo ex genere Francorum testes. Signum manibus Giselberti et Adelfredi germanis filli Felis et Iohannis de Loconico viventes lege Langobardorum testes. Signum manibus Rodaldo filio quodam Sigizoni et Vuitengo et Iohanni gastaldo de Lendaria viventes lege Romana testes. Signum manibus Ingo filius Gumperti de Agna et Geraldii filius quodam Gariberti et Grausoni filius quodam Everardi et Gareverti filius quodam Felis testes. Signum manibus Adelberti et Godefredi qui vocatur Bonizo et filius quodam Sigo et Martinus filius quodam Fredeverti viventes lege Langobardorum testes. Ego Preemo notarius et iudex dominorum nostrorum regum scriptor huius cartulam donationis seu offersionis post tradita complevi et dedit.

NOTE STORICHE

¹ Sul monastero di San Michele Arcangelo di Brondolo, una delle più antiche istituzioni monastiche del territorio del ducato si veda documento [Venezia 1](#) e nota 4.

² Su Almerico II attestato nei documenti da solo o con la moglie Franca, figlia di Lanfranco dei Giselbertenghi conte di palazzo, vedi DIZIONARIO 1960, pp. 511-512 e HLAWITSCHKA 1960, pp. 125-126. Secondo Andrea Castagnetti e Alessandro Pallavicino, egli sarebbe un discendente di Adalberto I di Tuscia/Toscana, duca di Gavello. Si veda CASTAGNETTI 1991, pp. 40-51. Egli inoltre sarebbe il fratello di Ildeburga, la quale possedeva nella medesima zona beni da lei donati ad un altro ente monastico veneziano, ovvero San Zaccaria. (Su Ildeburga e sulle sue proprietà in territorio veneto si veda la nota 1 del documento [Venezia 13](#)).

³ La corte di Bagnoli, vasta circa 20 campi padovani, ovvero 10 chilometri quadrati, coincideva con l'odierno paese di Bagnoli e si estendeva in un'area compresa fra gli attuali comuni di Conselve (Caput Silve), Tribano (Tribano), Conadalbero (Cornu de Albaro), Anguillara (Anquilaria), Arre (Ari), Agna (Agna) e Cavarzere (Caput Argeris). Si veda BORTOLAMI 2001, p. 20 e CASTAGNETTI 1991, pp. 40-51.

⁴ Sulle decime e gli enti monastici veneziani si veda documento [Venezia 12](#) e bibliografia alla nota 6.

⁵ Questo Adalberto, bisavolo di Almerico II, sarebbe da identificare con Adalberto I di Tuscia/Toscana. Vedi più sopra nota 2.

⁶ Ingelburga, nonna di Almerico II, sarebbe forse da identificare con la nipote di Guiboldo vescovo di Parma. Si veda PALLAVICINO 2003, pp. 290-292.